Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1851
Quelle:
Copyright:

tra omnes. Quo magis mirum, nullam ejus mentionem fieri in *Annalibus Ordinis Min.* Nolis tamen aut jocari cum eo, aut ſerius eſſe; dum enim jocatur, cantat: *Ecce luther martinus rudelius Rudis rudior Rudiſſimus Johannis de manswelt Rudelij filius;* dum ſerius eſt, *Lipſienſes* Doctores increpat, quod tamdiu *Martinum lutherum* non occiderint. Vide *foll.* 14. et 172.

CCCCLXVI.

627 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 288. 4. Congeries eſt variorum Scriptorum ad Controverſias Religioſas hoc Seculo agitatas pertinentium, maximeque contra *Caroli* V. Formulam dictam *Interim* directorum, quae perluſtrabimus. I. *Caroli* V. Mandatum germ. ad Epiſcopum *Ratispon.* qui tunc erat *Georgius a Papenheim*, ut referat, qua ratione *Interim* in ejus Dioeceſi obſervetur, et urgeat obſervantiam. *Geben in vnſer Statt Bruſſel in Brabandt den 12. Octobris. Anno 1548. vnſers Keiſerthumbs im 28. Jare. L. d.*

II. *fol.* 3. Ejusdem Mandatum germ. de obſervando *Interim* ad Statum Equeſtrem Diſtrictus dicti *am Kocher*, fluvium *Sueviae. Geben in vnſer vnd des Reiches Stat Augſpurg* &c. 17. Julii 1548. Imperii 28. Regnorum 33. Subſcripti *Carolus. A. Perrenot. Jo. Obenburger.*

III. *fol.* 5. Anonymi Scriptum germ. contra *Interim*, quod praenotatur: *Vermanung dem volck des Interims von irer opfermeſſe für zu leſen.* et incipit: *Ir geliebten in Chriſto Jeſu vnſerm Hern, In diſem heiligen Ampt* &c. Contra Miſſae Sacrificium potiſſimum pugnat, et hic e typo deſcriptum dicitur.

IV. *fol.* 11. Aliud titulo: *Das Interim Illuminiret vnd auſsgeſtrichen mit ſeinen angebornen naturlichen farben* &c. et: *Von Interim ein Judicium.* Autoris nomen indicatur his literis *L. R. C. A.* Initium eſt: *Vom Interim zu ſchreyben iſt ſorglich vnd mislich* &c. Coloribus ſex cauſticis adumbratur *Formula* Carolina. Ad calcem: *Datum Augſpurg Sonnabents nach Jacobi Apoſtoli. Anno* 1548. Adſunt Notae marginales, totumque iterum e typo deſcriptum adſeritur.

V. *fol.* 19. *Wittebergenſium* quorundam Exceptiones contra *Interim* germ. *Ettlicher von Witteberg bedenckhen auff das Interim.* Initium: *Erſtlich das man fürgibt, wie die Principal vnnd haubtartickhl* &c. Percurruntur Capita de Iuſtificatione, Eccleſia, Sacramentis, Confeſſione, Satisfactione &c.

VI. *fol.* 31. *Wittebergenſium* et *Lipſienſium* Conſilium contra *Interim* germanice: *Ratſchlag der Hochgelertten zu Witteberg vnd zu Leiptzig, das das Interim keins wegs, keim Chriſten anzunemen ſey.* 1548. Initium:

Vnns